Quelle: https://manuscripta.at/?ID=896
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



intimo odiebat a rege bohemie discessit in vngariam
redyt et a regina et a cunctis vngaris honorifice est receptus
Et cuius consilio et auxilio rex de mattsawe frater regine
bohemie ab vngaris est occisus propter quod homicidium rex
bohemie minus turbatus et vniuersa mala vtrobique oriuntur
Nam sequenti anno romanam cum vngaris karinthiam infra
vnum menses bis intrauerunt et omnia vastauerunt et multos
occiderunt ac numero ad xx milia hominum deduxerunt Insuper
alii morauiam intrantes infinitos occiderunt plurimosque
deduxerunt Eodem anno quidam nobilium de austria societas
fere mille armati castrum rab expugnauerunt et in eadem
vrbe episcopum de quinque ecclesiis qui capitaneus ibidem robustus
et animosus fuit valde captus est Et alii nobiles plures
cum eo in austriam introducti Comes egidius tandem sequenti
anno confuse et pessime cum a nullo lesus fuisset in vngariam
reuersus castrum prespurck vngaris et romanis recommisit

Stdus fridericus romanorum

A Morte domini friderici stdi imperatoris romanorum
vsque mo cc ns et tempora domini Gregorii pape decimi cuius
monitis rudolfus comes de habelspurck in regem eligitur
regnum et imperium romanum xxiii annis cesare aduocato
caruit Sequenti anno ottakerus rex bohemie dum adhuc
rudolfo electo regi romanorum esset contrarius considerans futura
obsides terrarum austrie stirie karinthie et karniolie
a ministerialibus et ciuibus exegit quam plurimos et recepit Anno
mo cc xx principales venti conflando aquosum aerem
extra mare et aliis fluminibus habundanter assidue ministrantes
littora maris ad l ta stadia alicubi siccata sunt Item
prope antonam lapis quidam in mensis apparuit qui hactenus

ottakerus

lapis in mensis